



**LITTERAE APOSTOLICAE**

Nos,

vota Fratris Nostri

Ioannis García Rodríguez, Archiepiscopi Camagueyensis,

necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu

multorumque christifidelium explentes,

de Congregationis de Causis Sanctorum consulto,

auctoritate Nostra Apostolica

facultatem facimus ut

Venerabilis Servus Dei

IOSEPHUS OLALLO VALDÉS,

religiosus Ordinis Hospitalarii S. Ioannis de Deo,

qui totam vitam aegrotis egentibusque curandis dicavit,

morem induens evangelicum boni Samaritani,

Beati nomine in posterum appelletur,

eiusque festum

die duodecima Februarii

in locis et modis iure statutis

quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesima quinta mensis  
Novembris, anno Domini bismillesimo octavo, Pontificatus Nostri quarto.

*Dimitrios II Su*